

Proverb.

Et qui hujus rei habeat fiduciam, & Prov. 27. Ne glorievis in crastinum, ignorans, quid superventura pariat dies.

2.

Et cum ex naturali naturae inclinatione, ac appetitu unumquodque enim appetit sui conservationem, indeque tenetur homo ad sui conservationem media convenientia adhibere; & quamvis jejuniis, penitentiis, austero, & rigido modo vivendi videatur vita abbreviari, tamen in hoc non sunt multum scrupulosi, viri sancti, & iusti, ferventes, ac pleni amore Dei ut carnem ad servitum spiritus redigant, ut notat Granado 2.2. controvers. 3. tract. 6. disp. 2. sect. 3. num. 12. Et idem etiam faciunt multi viri pro satisfactione suorum peccatorum, si hoc faciunt hac consideratione recte faciunt si vero ea intentione hoc praesent, ut ipsa vita consummetur, pereat, ac abbrevietur, tunc erit peccatum mortale, quia homo non est dominus suae vitae, ut dixi superiori Resolut. quest. ultima.

Victoria. Lessius.

Deinde, ut docent Victoria de relect. tempor. n. 9. Lessius de justit. lib. 4. c. 3. dub. 2. n. 12. Bonum virtutis est praestantius vita; unde propter illud potest vita deseri. Deinde cum vita non sit ex bonis supernis, & semel necessarii deserenda, non tenemur eam nisi mediis ordinariis, secundum proportionem nostrae conditionis fovere, & propagare; quod exemplis explicatur, verbi gratia, non tenemur in obsidione vesci canibus, felibus, muribus, & caecorum segmentis &c. nec tenemur pretiosissimis uti medicamentis, vel cibis ad morbi, aliis lethalis curationem; nec tenemur mutare solum, & aliam civitatem salubriorem inquirere, etiam si medici dicant hoc ad vitam necessarium, ita etiam habet Granado citatus, & Diana part. 5. tractat. 4. Resolutio 33.

Granad. Diana.

Si vero dicas quod non potest cui unicus est dies vitae seipsum occidere; ergo non potest abstinentis vitam sibi ad aliquos annos abbreviare. Nego consequentiam siquidem in primo casu committitur peccatum propter homicidium, cum homo non sit dominus vitae suae. In secundo autem casu homo dirigit ac gubernat vitam suam ad Dei obsequium, ne caro concupiscat adversus spiritum, sed in Dei obsequio perseveret, & qui opera penitentiae exercet, vitam temporali minus accommodata, non agit contra rationem, imò potius secundum illam, in servitum redigens carnem suam, ut vivat vita spirituali, quae multo excellentior, ac pretiosior est vita corporali.

5.

An vero quis teneatur sub mortali, non bibere aquam, vel vinum nive refrigeratum, quia exinde praevidetur, quod citius moriatur? Ad hoc dubium respondent negativè Martinus Bonacina in novissimis additionibus, tom. 2. de controvers. diso. 2. quest. ultima sect. 1. punct. 7. n. 9. ubi ajunt novissimi Doctores, quibus adhaeret Rodrig. de perfectione status Religiosos eos à mortali excusari, qui nivem ad tollendum vini vel aquae calorem adhibent etiam si inde praevidetur fore ut citius pereant, haec enim videtur levis & indirecta ac remota cooperatio ad mortem, ita etiam Diana part. 5. tract. 4. Resol. 27.

Bonacina.

Rodrig.

Diana.

6.

An liceat alicui suam mortem desiderare

pro evitanda injuria, aut aliquo dedecore in sua persona, ac statu? Affirmativè respondent Coninch. de Charitate disp. 27. n. 136. Lugo tom. 1. de just. disp. 16. sect. 7. num. 149. Quod quamvis vita hominis secundum se, & physicè loquendo sit incomparabiliter majus bonum omnibus bonis fortunae, & ipso suo statu; Tamen vita ipsa sine honore, sive honesto statu & cum magna miseria, ac injuria conjuncta, magnum malum est: gravius tamen viris cordatis amisso statu, ac cum dedecore vivere quam cum honore, ac suo statu integra mors. Deinde quia vita de se brevis est, & post aliquot annos amittenda quare conservatio vitae pro aliquo brevi tempore, non excedit in aestimatione profusionem status, & bonorum fortunae quarum conservatio prout in posteris continuatur, videtur esse valde longa & aliquo modo aeterna, quae memoria conservatio apud posteros meritò ab aliquibus longiori vitae praefertur.

Coninch. Lugo.

QUESTIO II.

Vitam à lege humana possit homo obligari ad exponendam vitam suam, notabilis ac evidenti periculo ad eam perdendam.

SUMMARIUM.

- 7 Status praesentis quaestio.
- 8 Prima sententia ait nullam legem humanam posse obligare cum periculo vitae.
- 9 Secunda affirmat omnes leges obligare cum periculo vitae.
- 10 Tertia, & vera quod leges humanae non obligant nisi pro bono communi, & n. 11.
- 11 Haec tamen obligatio initiatur à jure naturali, & determinatur in particulari à jure humano.
- 12 Jus naturale dicitur conservare vitam, nisi bonum commune aliud postulet, & n. 14.
- 13 Leges ordinariè non obligant cum periculo vitae, nisi quando hoc requirit bonum commune.
- 14 Hoc ostenditur in legibus tam Ecclesiasticis, quam divinis, & n. 17.
- 15 Lex obligat ad mortem ex medio necessario ad conservationem Reipublicae.
- 16 Observantia legis quando obligat, consideranda cum omnibus circumstantiis.
- 17 Haec autem obligatio non solum oritur à jure naturali, sed etiam ab humano.
- 18 Tunc bonum commune anteponendum particulari, quando magis requiritur ad conservationem Reipublicae, & n. 22.
- 19 Quod lex humana obliget in re gravi ad peccatum mortale, non inde sequitur quod obliget ad grave periculum vitae, & n. 24.
- 20 In tertio argumento proponuntur multa exempla, quae quaestione sequenti solvantur.

Diximus superiori Resolutione, in nullo casu posse hominem suis manibus se occidere, ac vitam suam profundere, cum ad illius conservationem maximè homo teneatur, & quomodo de illius conservatione sit agendum

7.

agendum diximus superiori quaestione; nunc explicandum restat, an ex aliqua lege possit homo obligari, ut se evidenti periculo exponat ad ipsam vitam perdendam. Et in hac re.

8.

Angelus. Almain. Sylvest.

Prima sententia tenet humanam legem non posse obligare cum periculo vitae ad sui observationem. Ita Angelus, verb. Excommu. 8. num. 18. Almainus in Moralib. tract. 1. cap. 3. & in hanc propendit Sylvest. verb. Merus, quest. 7.

9. Caictan.

Secunda sententia tenet leges humanas obligare cum periculo vitae. Ita Caictan. 2. 2. q. 96. art. & 4. 2. quest. 125. art. 3. quod ita existimat, non solum procedere de aliqua lege in aliquo peculiari casu, sed etiam de omnibus legibus humanis communiter latis, quod maximè asseverat esse certum: & pro hac sententia citatur etiam Adrianus in 4. quest. 3. de clavibus, Henricus tract. de Synod. Episcop. post. 3. part. art. 1. num. 271.

Adrian. Henricus.

10.

Tertia vera, ac communis sententia est, quod lex humana de facto, ordinariè loquendo non obligat cum periculo vitae, potest tamen obligare ob bonum commune. Ita Soto lib. de justit. quest. 6. art. 4. in fine, Ledesma 2. part. quest. 10. art. 5. Covar. in cap. Alma mater, part. 1. 6. 7. num. 9. Valq. 1. 2. disput. 16. cap. 2. Suar. lib. 3. de leg. cap. 50. à num. 4. Salas disp. 11. sect. 1. num. 4. Sayro Clavi Regia, lib. 3. cap. 7. num. 32. Lorca disp. 3. 3. 3. Opposta Valentia disp. 7. quest. 5. punct. 6. quest. 4. Castro Palaus part. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 16. n. 1.

Soto. Ledesma. Covar. Valquez. Suar. Salas. Sayro. Lorca. Valentia. Palaus.

11.

Dico primò: Lex humana, sive civilis, sive Ecclesiastica potest obligare cum dispendio vitae ratione boni communis. Ita Auctores 3. sententiae. Probatur, quia Princeps, vel Respublica, cum non sit dominus vitae, & mortis, non habet dominium indiscriminatum super vitam civium, sed tantum convenientem usum, ergo non potest ex levibus, & ordinariis causis cogere cives ad dandam vitam. Probatur, quia lex humana debet esse moraliter possibilis, & facilis, ergo sine urgentissima causa, non potest praecipere rem difficilem, or est dare vitam: nam tam gravis causa non ordinariè, sed raro solet contingere. Confirmatur ex legibus Ecclesiasticis, quas nemo tenetur servare cum periculo vitae, & salutis, ut patet in praecepto jejunii, abstinenti à carnibus, audiendi missas, recitandi horas Canonicas; hae enim non obligant cum notabili vite periculo, ut est communis omnium sententia.

12.

Idem etiam ostenditur in legibus divinis, quae tantum ex voluntate Dei, ac Unigeniti Jesu Christi Filii ejus posita sunt, ut bene notat Valquez citans num. 12. quae non cadunt in materiam intrinsece malam, & prohibentur ex lege naturali, tales leges divinae non obligant cum notabili vite periculo, & ideo David ex necessitate, ut dixit Christus Dom. Matth. 12. num. 3. Licet comedit panes propositionis, 1. Reg. 21. num. 4. quos laici non poterant comedere. Num. 28. num. 29. & idem etiam patet in legibus de receptione Sacramentorum. Item etiam in praecepto integritatis confessionis; nam grave periculum excusat ab ejus integritate materiali. Item etiam videtur in sanctificatione diei festi, & aliis. Dixi, quando materia non est intrinsece prohibita ex lege naturali, quia cum haec sit intrinsece mala, verbi gratia dicere unum mem-

Argues contra hanc conclusionem. Unusquisque tenetur ex jure naturae tueri, & conservare suam vitam, sed jus naturale praeponderat juri humano, ergo jus humanum non potest obligare ad dandam vitam. Confirmatur 1. Quia legislator non est Dominus vitae, & mortis, ergo non potest se obligare ad dandam, ac perdendam vitam pro opere honesto & non necessario ad salutem; est enim opus supererogationis, ac consilii, & hoc in se est difficillimum; atqui talia opera non possunt praecipere lege humana, ergo talis lex non potest obligare ad dandam vitam.

Ad argumentum respond. Quod unusquisque tenetur conservare propriam vitam, non interveniente bono communi Reipub. unde hoc exigente tenetur vitam dare. Ad 1. Confirm. dic. quod tantum convincit, quod Princeps, cum non sit Dominus vitae & mortis, non potest praecipere exponere vitam sine rationabili causa, hac vero stante, maximè. Ad 2. confirmationem opus supererogationis tunc non potest praecipere lege humana, quantum in se tale est; at vero si ex circumstantia transit in obligationem pro conservando, ac tuendo bono communi, tunc maximè potest praecipere; dare eleemosinam opus est consilii, at proximo existente in extrema necessitate, jam non est consilium, sed opus praecipit.

Dico 2. Leges humanae ordinariè non obligant cum periculo vitae, nisi quando hoc requirit necessitas boni communis. Ita Auctores 3. sententiae. Probatur, quia Princeps, vel Respublica, cum non sit dominus vitae, & mortis, non habet dominium indiscriminatum super vitam civium, sed tantum convenientem usum, ergo non potest ex levibus, & ordinariis causis cogere cives ad dandam vitam. Probatur, quia lex humana debet esse moraliter possibilis, & facilis, ergo sine urgentissima causa, non potest praecipere rem difficilem, or est dare vitam: nam tam gravis causa non ordinariè, sed raro solet contingere.

Confirmatur ex legibus Ecclesiasticis, quas nemo tenetur servare cum periculo vitae, & salutis, ut patet in praecepto jejunii, abstinenti à carnibus, audiendi missas, recitandi horas Canonicas; hae enim non obligant cum notabili vite periculo, ut est communis omnium sententia.

Idem etiam ostenditur in legibus divinis, quae tantum ex voluntate Dei, ac Unigeniti Jesu Christi Filii ejus posita sunt, ut bene notat Valquez citans num. 12. quae non cadunt in materiam intrinsece malam, & prohibentur ex lege naturali, tales leges divinae non obligant cum notabili vite periculo, & ideo David ex necessitate, ut dixit Christus Dom. Matth. 12. num. 3. Licet comedit panes propositionis, 1. Reg. 21. num. 4. quos laici non poterant comedere. Num. 28. num. 29. & idem etiam patet in legibus de receptione Sacramentorum. Item etiam in praecepto integritatis confessionis; nam grave periculum excusat ab ejus integritate materiali. Item etiam videtur in sanctificatione diei festi, & aliis. Dixi, quando materia non est intrinsece prohibita ex lege naturali, quia cum haec sit intrinsece mala, verbi gratia dicere unum mem-

13.

14.

15.

16.

17.

Valquez.

Matth. 12.

1. Reg. 21.

18. dadium, nec ad evitandam mortem licita sunt. Sed jam quæres quomodo cognoscendum sit legem humanam obligare cum periculo vitæ? responderetur, quod quando observantia legis magis conducit ad bonum commune, quam vita civium, tunc lex obligat cum dispendio vitæ; quando autem observantia legis sit magis utilis bono communi, quam vita civium, hoc prudentis iudicio est standum. Ita Vasq. citatus num. 8. Salas num. 5. Lorca disp. 23. §. Hæc ergo solv. Et ratio est, quia ut supra diximus, quod legislator pro bono communi potest præcipere ad subeundum periculum cum evidenti vitæ periculo; ergo credendum est velle obligare cum tali periculo vitæ, quando observantia legis magis conducit ad bonum commune, quam ipsa vita, & idè iudicio superioris existimo standum esse in hac re.

19. Ut tamen hanc regulam magis percipias, nota cum Suar. num. 7. Sayro num. 37. & Palao num. 3. quod res præcepta, seu observantia legis, non debet sumi per se solum, sed cum omnibus circumstantiis; sic audire missam non obligat cum periculo vitæ; at si ab infideli in contemptum fidei Catholica, prohibear audire missam, tunc teneor cum periculo vitæ audire. Item si tyrannus impèret contra præcepta, ex quorum violatione detur scandalum pusillorum, verbi gratià comedere carnes die sabbathi, tunc cum periculo vitæ teneor non comedere. Et ratio est, quia bonum commune Religionis præponderat bono particulari; at si ad tollendum scandalum sufficeret aliqua prolestatio exterior, tunc non teneret exponere vitam periculo.

20. Dices; obligatio in his casibus non provenit à lege humana, sed lege naturali præcipiendo, ut fides confiteatur, scandalum non esse dandum, Respondeo; quòd etiam talis obligatio provenit non solum à lege naturali, sed etiam à lege humana. Primò, quia si non esset lex naturalis obligans ad illa, lex humana poterat obligare. Deinde quia illud præceptum audiendi missam, non comedendi carnes sic sabbathi, in se est humanum; ergo ex præcepto humano in tali occasione obligat. Probatur quia ille, qui comederet carnes in tali circumstantia, non solum committeret peccatum contemptus contra Religionem; sed etiam committeret peccatum contra virtutem præceptam nempe temperantiam.

21. Argues primò cum Caletano. Lex humana si est, iusta, ordinatur ad bonum commune, ergo omnis lex humana etiam obligat subditos cum dispendio propriæ vitæ. Probatur consequentia, Bonum commune præferendum est privato, & homo pro bono communi tenetur vitam dare, qualibet enim pars pro bono totius debet se exponere, ergo cum omnis lex sit pro bono communi, omnis lex obligat ad periculum vitæ.

22. Responderetur concedendo antecedens, negando consequentiam, ad probationem dico, non semper bonum commune anteponendum esse gravissimo bono particulari, ut est vita, sed quando tale bonum commune magis requiritur ad conservationem reipublicæ, quam bonum particulare, quia sine tali bono particulari Respublica potest salva consistere,

Vasquez. Salas. Lorca.

Suar. Sayrus. Palao.

Caletan.

non verò sine illo bono communi, quo extinguitur Respublica.

23. Argues secundò. Potestas humana tanta est ut posita lege possit facere, ut id quod non erat peccatum sit peccatum, atqui non licet peccare mortaliter, imò nec venialiter pro conservanda vita, ut dicitur in *et. it. no. 32. q. 3.* ergo lex humana eo ipso, quod obligat ad peccatum à fortiori obligat ad grave periculum vitæ. Confirmatur, quia gravior est mors animæ, quàm corporis, sed lex humana obligat ad mortem animæ, nempe ad peccatum mortale, ergo ad mortem corporis.

24. Ad Argumentum responderetur, quod totus discussus est verus, si consequentia intelligatur de lege non cessante; at nos dicimus, quod quando adest periculum vitæ, legis obligatio cessat, & ideo quando pro conservanda vita, necessarium est non observare legem, tunc tam non observare, non est peccatum mortale, quia tunc cessat obligatio legis, quod etiam in lege naturali cernitur, quæ licet obliget dare elemosynam extreme indigentibus; tamen si qui daturus est elemosynam eandem extremam patitur necessitatem, non tenetur ad talem elemosynam. Ad confirm. dicitur, quod licet mors animæ, prout privat gratiã, sit gravior, tamen mors corporis prout est irreparabile damnum, est quid gravissimum nam in manu hominis posito Dei auxilio est recuperare gratiã; At in manu hominis non est recuperare vitam corporalem deperditam; quod latius explicat Salas de peccatis tract. 13. disp. 5. sect. 3. num. 27. & 29. Deinde dico, quod mors animæ & corporis sunt in diverso genere, una est spiritualis, alia corporalis, & una non sequitur ex alia, qui extreme indigenti non dat elemosynam, peccat mortaliter, & tamen non inde incurrit in mortem corporalem.

25. Argues Tertio, & multis exemplis. Primò Homo tenetur potius mori, quàm contrahere, & consummare matrimonium gradibus prohibitis jure Ecclesiastico, verbi gratiã cum consanguinea. Secundò Sacerdos tenetur potius mori, quàm celebrare Missam sine vestibus sacris, & sine altarari, ac aliis ex jure positivo requisitis. Tertio, non licet communicare cum excommunicato; quamvis mortis periculum imminet, ut dicitur *cap. sacris de his, qui vult, exempla.* Quarto; Carthusianus, non potest comedere carnes, etiamsi nullum aliud remedium habeat ut vitam servet. Quintò; Christiani captivi remigantes in tremitibus Turcarum in bello contra Christianos, incidunt in excommunicationem Bullæ Cæne, & tamen si non remigaverint incurrunt in manifestum periculum vitæ. Sextò aliquando in bello navali, ne naves veniant in potestatem inimicorum ex principis mandato, milites sibi subiciunt ignem, & pereunt; ergo sæpe leges humanæ obligant ad mortem. Pro solutione argumenti sit.

C. Sacris

Qua

QUESTIO III.

Solvantur exempla, & multi, ac varii casus appositus in argumento.

SUMMARIUM.

- 26 Ob horum commune Republica Christiana non potest homo celebrare, ac consummare matrimonium sine dispensatione.
- 27 Contemptu in castro non potest homo celebrare sine vestibus sacris.
- 28 Textus ex cap. sacris exponendus de eo, qui celebrat cum contemptu.
- 29 Circa Carthusianos prima sententia affirmat etiam in evidenti periculo vitæ.
- 30 Secunda que solum tempore famis.
- 31 Tertia, quod in extrema necessitate potest secluso scandalo.
- 32 Christiani captivi remigantes in navibus Maurorum contra Christianos, non peccant, nec invidum in excommunicationem.
- 33 An milites in bello navali possint injicere ignem in navem quorundam affirmans.
- 34 Negam alii.
- 35 Distinctione utendum.

26. In tertio argumento multi, & varii casus proponuntur. Ad primum dico quod in eo casu potest homo amphibologicè dicere, ut ait Suar. cit. lib. 3. de leg. cap. 30. num. 14. se eam ducere in matrimonium, non tamen consummare matrimonium, si verò cogatur eam ducere, ac consummare matrimonium, probabile aliqui existimant apud Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 5. num. 4. Quòd sine culpa potest eam ducere, ac consummare matrimonium, quia stat ratio quia lex Ecclesiastica non obligat cum dispendio vitæ sed contra hoc arguet, quia nullus audebit dicere, quod matrimonium sine Parocho, & testibus celebratum gravi interveniente metu sit validum, ideo melius dicendum est eam ipso Sanchez citato loco, quod non potest fieri, ut tale matrimonium sit validum, quia lex Ecclesiastica obligat cum dispendio vitæ, quando hoc requiritur ad bonum commune, licet ego illa impedimenta, metus ex jure Ecclesiastico dirimant matrimonium; & esto probabile sit, quod metus etiam ex jure naturali exorset, tamen lex impedimentorum maxime conducit ad bonum commune Ecclesie, obligat ergo cum dispendio vitæ, nam si talis metus efficeret, ut matrimonium contractum cum impedimento dirimenti esset validum, daretur via contemendi impedimenta, & ad multa dobia, ac quæstiones cum grandi damno Republicæ Christianæ.

27. Ad secundum exemplum dicendum cum Authoribus tertie sententiæ, quod si quis cogatur etiam cum vitæ periculo celebrare sine vestibus sacris in contemptum fidei, vel cum aliorum scandalo, non potest celebrare, quia magis præponderat reverentia Sacramenti, quam vita hominis particularis; si vero fin-

gatur casus, quo cogatur celebrare sine contemptu, ac scandalo, sed ob indiscretam devotionem, tunc sine peccato potest. Non verò inde inferas posse celebrare sine vestibus sacris ad communicandum infirmum, ut notat Vasquez citatus num. 5. quia communicatio non est medium necessarium, & præceptum communicandi in morte non obligat, nisi cum copia sacerdotis legitime ministrantis, Ad tertium, ad text. cap. Sacris de his, qui vi, & metu, Vbi Pontifex ait, quod ab excommunicatione non liberatur ille, qui ex metu agit cum excommunicato, textus exponendus est de illo, qui agit cum excommunicato contempta potestate clavium. Ita Navar. in summa cap. 37. num. 56. Covar. in cap. Alma mater part. 1. cap. 3. num. 9. Grassius in aur. decis. lib. 4. cap. 13. Soar. tom. 5. disp. 4. sect. 3. num. 12. Azor Instit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 11. quest. 1. alias interpretationes ad dictum Textum affert Barbosa in collectanea.

28. Ad quartum exemplum dicimus valde laudabile esse statum Carthusianorum, ut pro reformatione Religionis potius permitant se mori, quam manducare carnes; amen ad præsentem quæstionem in ea triplex est sententia, Prima astruit in extrema necessitate tam morbi, quam famis, non posse Carthusianum comedere carnes, quia reformatio & bonum Religionis præponderat particulari. Ita Valentia 2. 2. disp. 5. quest. 13. punct. 4. Sotos, Corduba, Panar. ut. an. quos referunt Salas disp. 1. sect. 2. num. 28. Diana in dubiis Regul. tom. 3. Resolut. 39.

30. Secunda sententia ait; quòd causa vitandi morbum, etiam nisi à medicis præcipiatur, tanquam extremum remedium ad vitam non potest; at verò Carthusianus sit in extrema necessitate, & nulli alii sint cibi, nisi carnes; ait quod potest eas comedere; tum quia statutum non obligat, nisi quando alii sunt cibum quia valde irrationabile est, ut homo se sinat fame perire, Ita Vasquez 2. 2. disp. 162. n. 14. Salas citatus n. 22. Lorca disp. 23.

31. Tertia vera, & communior sententia astruit quod in extrema necessitate secluso scandalo potest Carthusianus comedere carnes, ratio est, quia nulla lex comprehendit extremam necessitatem; cap. Exitus de verborum significatione 2. nullum vo um obligat in extrema necessitate; nam in materia voti semper intelligitur, nisi aliud necessitas postulet, ut ait Azor, citandus 3. Quia nec bonum Religionis illud requirit, rationabiliter loquendo, quia satis est, quod pro nullo alio casu sit comestibilis, nisi pro extrema necessitate, & aliunde homo habet jus naturale ad conservandam propriam vitam. Ita Covar. Gerson, Medina, & alii, quos citat, ac sequitur Rodrig. tom. Regular. quest. 100. art. 1. conclus. 2. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 6. quest. 7. Lessius lib. 4. cap. 3. n. 12. Suar. lib. 6. de leg. cap. 7. num. 9. Bonac. tom. 2. disp. 8. quest. 8. punct. 2. num. 16. Sà verb. Relig. num. 58.

32. Ad quintum exemplum dico, quod Christiani captivi, qui remigant, ac gubernant naves Turcarum contra Christianos, non incidunt in excommunicationem Bullæ Cæne, nisi ex eorum auxilio, clarè & manifestè constet, quod victoria magni momenti, vel vobis

Vasquez.

28.

Navar.

Covar.

Grassius.

Suar.

Azor.

Barbosa.

29.

Valentia.

Sorus.

Corduba.

Bañez.

Salas.

Diana.

30.

Vasquez.

Salas.

Lorca.

31.

Covar.

Gerson.

Medina.

Azor.

Lessius.

Suar.

Bonacina.

32.

tabilis